



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 187. Novesienses Protestantes in Silesia adversus Wratislaviensium
Episcopum tumultuantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

farem minime latebant, unde ut Ferdinandum adversus hostes suos magis firmaret, de eodem in Hungariæ Regem eligendo agere constituit, prout anno sequenti memorabimus.

Sæc. XVII.
A. C. 1617.

§. CLXXXVII.

*Novesienses Protestantes in Silesia
adversus Wratislaviensium
Episcopum tumultuantes.*

Sub idem tempus concitata est in Silesia a Protestantibus quædam contentio adversus Carolum Austriæ Ducem & Wratislaviensem Brixiensemque Episcopum; Hic enim, cum Novesientes cives eundem gravibus verborum contumeliis atque injuriis identidem laceſſere non dubitarent, ex iis duos in captivitatem abduci, atque alium capite plecti jussit. Exinde Silesiæ Principes mox sectam suam turbari vociferantes horum rebellium patrociniū susceperunt. Cum ergo Episcopus reprimendis Novesiensium insultibus impar esset, datis ad Sigismundum Poloniæ Regem literis atroces, quibus a seditiosis suis subditis affectus esset, injurias exposuit, declarans, quod hi eo processerint contumaciæ, ut omni denegata sibi obedientia, tam indigna adversus ipsum attentarint, quæ ne infimæ quidem fortis

*Merc. Gal-
lob. tom. II.
lib. 3. relat.
Hist. Mer-
cer. p. 67.*

Sæc. XVII. fortis homini, nedum Archiduci, Re-
 A.C. 1617. giique sanguinis Episcopo toleranda ef-
 sent: igitur pro coercendis hisce rebel-
 libus, & contumacibus suis subditis
 auxilium a Rege petiisset. Annuit Si-
 gismundus Episcopi precibus, hunc-
 que in finem eidem pecunia & milite
 subvenire omnino statuit: quoniam ve-
 ro ejus copix Silesitarum Procerum fi-
 nes pertransire coacti essent, hinc datis
 ad eos literis transitus libertatem ab il-
 lis petiit, qua denegata, se aliis mediis
 usurum significavit. Verum ad has
 Regis literas responderunt Principes,
 „quod Novesienses hæctenus quidem in
 „Religionis exercitio haud parum tur-
 „bati fuissent, nunquam tamen ad ho-
 „stilem ejusmodi motum Episcopo an-
 „sam dedissent, proin non satis mirari
 „possent Principes, quod Rex unius E-
 „piscopi literis permotus, militem ad-
 „versus Silesiam parare voluerit, qua-
 „propter potius sibi persuasum haberent,
 „hæc non ex Regis arbitrio, sed a Pro-
 „vinciæ hostibus profecta fuisse: quod
 „si tamen quid tentatum iri contingat,
 „vicini ad Provincias subsidium accur-
 „rentes, dubium omnino belli exitum
 „facturi sint: quod autem Rex militem
 „in Silesiam introducere petat, id con-
 „cedere non ipsorum, sed Cæsaris fo-
 „ret: interim vero firmum, fixumque
 „habe-

„haberent, nullatenus permittere, ut Sæc. XVII.
 „Provincia ab extero mitite vastetur, Sæc. 1617.
 „atque diripiatur“. Attamen haud mi-
 randum, quod hi Protestantes Silesitæ
 feditiosos in sua erga legitimum suum
 Principem rebellionem firmare non dubi-
 tarint, cum paulopost ipsum Ferdinan-
 dum Regem suum Regno abdicandum,
 aliumque esse eligendum, decernere, Anno 1619.
 non erubuissent. 21. Aug.

§. CLXXXVIII.

*Bearnicæ Principatus Gallicæ impe-
rio unitus.*

Qua parte Pyrenæi montes ab Hispa-
 nia Franciam dividentes in Aquis-
 tanicæ latus Australe sese demittunt, si-
 tus est Bearnicæ Principatus, qui a Jo-
 anna Labretana Henrico IV. Filio suo re-
 lictus fuerat: eo regnante Bearnenses
 populi suo pte quodammodo genio, le-
 gibus, ac Religione utebantur: Ludov-
 icus autem hujus nominis decimus
 tertius Henrici filius ac hæres hunc
 Principatum Gallicæ coronæ & legibus
 unire constituit: Verum Calvinistæ,
 quorum Secta ibidem unice vigeat,
 huic unioni acriter reclamabant, hanc
 Regiminis vicissitudinem suæ Religioni
 & privilegiis exitialem fore suspicati:
 Rex tamen sui propositi tenax Bearnen-
 sibus

*Gramond.
Hist. l. 3.*